4. IN BASILICA (n. 107 Zang.).

805 [= 2202 + 6377, 16] litteris magnis. Rep. Pompeiis in basilica ACTA 21 Aug. 1814 [ed. 1, 3, 158], vix loco antiquo. Est in museo Neapolitano.

*imp. ca*ES*ari diui* F · AVG · PON*t max*
imp. uiii · COS ... TRIB · POTEST · X ...
S · SOC · L · *Naga*THO · PHI
S · DIOGENE*s* D · CAPR*asius* ....
*c*VM · SVIS · ÓRN · D · S · P · F · IDEMQ

Descripsi et recognovi. Tractavit deinde Garruccius *Bull. Nap.* N. S. 2 p. 4 tab. 1. Particulis quibusdam antea latentibus adiunctis verum ordinem restituit Fiorellius *mem. dell' inst. arch.* 2 (1865) p. 67, cat. n. 1254.

2 linea quae fuit super numerum post IMP, adhuc superest in fr. primo. — post POTEST num fuerit X (Garr.) an I (Fior., ego antea) an V, ego secundis curis adnotavi non posse in ipso lapide discerni; sed X requiritur propter pontificatum maximum incipientem a. 742 Augusto tr. p. XI. Nam nude pontificem in ipso titulorum exordio Augustum dictum esse parum probabile est.

806 [= 2203] epistylium rep. in basilica Pompeiana ACTA 14 Apr. 1814 [ed. 1, 3, 148]. Extat Neapoli in museo. — Inter inscriptiones pictas rep. in via thermarum refert AMICONE 16 Apr. 1817 [ed. 3, 11] errore.

M · STLABORIO · VEIO FRONTONI · AVG · D · V · I · D · ITERVM · QVINQ

Descripsi et recognovi. Iorio p. 104 = 68; Guarini fast. ed. 1 p. 115; Fiorelli cat. n. 1289. Guarinius duo apographa eius tituli utrumque pessime exceptum pro duobus titulis habuit. — Collato titulo n. 896 apparet hunc positum esse post a. p. C. 26.

807 Pompeiis epistylii fragmentum litteris olim minio tinctis; rep. in porticu ab occidente aedis Veneris q. d. (reg. VII ins. 7). *Poichè nel tribunale della prossima basilica esistono basi e capitelli di marmo, che per le loro dimensioni rispondono alle grandezze di questo epistilio, esso dovrà credersi pertinente alla Basilica* FIORELLI. Est Pompeiis in museo.

M · ARTORIVS · M · L · PRIM

Recognovi. Trendelenburg *Bull. dell' Inst.* 1871 p. 254; de Petra *giorn. degli scavi,* N. S. 2 (1872) p. 227; Fiorelli *relaz.* (1873) p. 89, *descriz.* p. 243. 317.

Cf. eiusdem architecti titulum alterum n. 841, unde apparet eum item fecisse theatrum maius. Id cum factum sit extremis annis Augusti, etiam de tempore basilicae non tam aedificatae quam refectae inde coniectura capienda est. Cf. Nissen *Pomp. Stud.* p. 204. Sed tamen artis periti ne neglegant, quod inter testes apochae n. 101 scriptae aetate Neroniana nominatur . . *Artorius Primus.*

5. IN AEDIFICIO EVMACHIAE (n. 115 Zang.).

808 [= 2188] rep. Pompeiis in fronte chalcidici ad forum conversa: *il muro di fronte avendo la porta fra due incavi semicircolari, teneva ai lati di esse quattro nicchie; nelle due prime a sin. erano collocati i simulacri di Enea e di Romolo* FIORELLI. Extat Neapoli in museo.

AÉNEA*s uen*ERIS
ET · ANCHISA*e filius troia*NOS
QVI · CAPTA · TR*oia et incensa s*VPER
*fue*RANT IN I*taliam adduxit*
VM · SV
EA

LBV
oppidum lauinium COND*idit et*
*ibi regnauit an*NOS · TRIS · IN
*de nimbo exor*TO · NON . CON
*paruit dictus*Q EST · INDIGENS
*et in deorum n*VMERO · RELÁTVS

Descripsi et recognovi. Est in vol. I p. 283 elog. n. XX. Avellino *Bull. Nap.* a. III p. 35; Fiorelli *descriz.* p. 258, cat. n. 1262. Henzen 5345.

Avellini supplementa auxi et emendavi, secutus imprimis chronographum quem edidi *Abhandlungen der sächs. Gesellsch.* II, p. 644. — 6 secunda littera N est, non M. — inter 6 et 7 non deest nisi unus versus integer, si quidem tabula haec eiusdem magnitudinis fuit atque Romuli. — 7 tertia littera V fuit, non A.

809 [= 2189] rep. Pompeiis in foro iuxta praecedentem. Extat Neapoli in museo.

RÓMVLVS · MÁRTIS
*f*ILIVS · VRBEM · RÓMAM
*condi*DIT · ET · REGNAVIT · ANNÓS
DVODEQVADRAGINTÁ · ISQVE
PRIMVS · DVX · DVCE · HOSTIVM
ACRONE · REGE · CAENINENSIVM
INTERFECTO · SPOLIA · OPI*ma*
IOVI · FERETRIO · CONSECRA*uit*
RECEPTVSQVE · IN DEORV*m*
NVMERVM QVIRINV*s*
APPELLATV*s est* . . . .

Descripsi et recognovi. Est in vol. I p. 283 elog. n. XXII. Romanelli *Giornale Enciclopedico di Napoli* ann. XI (1813) p. 179; Arditi *la legge Petr.* p. XIV; Mazois IV p. 33 dederunt imperfectam; pleniorem Iorio p. 109. 238 = 72; Guarini fast. ed. 1 p. 175. Fiorelli *descriz.* p. 259, cat. n. 1263 frustulo adiuncto. Orelli 534. 5053.

810 [= 2204] Pompeiis *trovata a piedi della rampa che monta al calcidico nella strada de' mercanti,* quae nunc dicitur *strada della fontana d'abbondanza* ACTA [ed. 1, 3, 198 = Amicone 3, 13]. Stetit supra portam lateralem chalcidici, quo loco nunc reposita est.

EVMACHIA · L · F · SACERD · PVBL · NOMINE · SVO · ET
M · NVMISTRI · FRONTONIS · FILI · CHALCIDICVM · CRYPTAM · PORTICVS · CONCORDIAE
AVGVSTAE · PIETATI · SVA · PEQVNIA · FECIT · EADEMQVE · DEDICAVIT

Descripsi et recognovi. Ab altera parte lapidis titulum n. 959 legi ex actis didici. Arditi *la legge Petr.* p. XV; Mazois III p. 42; Iorio p. 109 = 72; Lupoli inscr. Corf. ed. 2 p. 152; Guarini fast. ed. 1 p. 88; Fiorelli *descriz.* p. 261. Orelli 3291.

M. Numistrius Fronto duovir fuit a. p. C. 3 teste titulo n. 892. Titulus autem vix eius aetatis est, sed restitutus post terrae motum a. 63. In universum cf. Nissen *Pomp. Stud.* p. 287 seq.

8133 Castellamare Stabiarum rep. c. a. 1876 in episcopio.

SEX · ATTI · L · F · MEN
EX · TESTAMENTO
ARBITRATV · SEX · ATTI · SEX · L · EROTIS
ET · ATTIAES · SEX · L · IVCVNDAES

Recognovi descriptam a. 1877 a Stevensonio. Misit item Barnabeus.

Edidit Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 239 et denuo 1879 p. 25.

8134 arca saeculi ut videtur tertii, rep. Castellamare Stabiarum in episcopio c. a. 1876.

in operculo ornato personis delphinis equis marinis:

BETTIAE · FELICITATI
INNOCENTISSIMAE
FEMINAE · BATINIVS
IVLIVS · CONIV · KARISSIM

in arca:

puer personam sustinens	vas ansatum cum pomis et frondibus	puer personam sustinens

Recognovi descriptam a Stevensonio. Misit item Barnabeus. Ediderunt Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 239 et denuo 1879 p. 26 et Rossius *Bull. crist.* 1879 p. 119.

8135 supra arcam rep. titulus Castellamare Stabiarum una cum n. 8132.

CORNELIAE · FEROCIAE
Q · VIX ANN LVIIII M XI D XV
CORNELIVS CARPOPHORIAN
MATRI DVLCISSIMAE

Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1879 p. 225; I. B. de Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 119.

8136 Casolae (prope Gragnanum) in ecclesia parochiali minore in pavimento pro gradu antea, iam ibi in aedibus publicis.

C · VALERIO · C · F · FA| *l*
RVFO · LICINIA · VX| *or*
VIRO · SVO · BENE · ME| *renti*
ET · SIBI · VIVA · FECIT|
HOC · MONVMENTVM| *siue*
SEPVLCRVM · H · N · S|

Minervinius misit acceptam a syndico Casolensi Eugenio Raffaelli.

8137 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8131.

NIAES
T ANNI
DIEB X
IA H

R
FM

Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1879 p. 26. Misit item Barnabeus.

8138 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8131. Pauca litterarum vestigia remanserunt stemmate medio aevo eidem lapidi inciso.

////////CIVN///
///////IIIII///
ꝏ · ///IIVS/O//E
/////AI///////

Stevenson vidit.

8139 Castellamare Stabiarum rep. ad latus episcopii 4 Iul. 1879.

DEPSSIO INFATES
ASELIES QVE VIX
IT ANNVS TRES
FFLL VINCENTIO
ET FRAVTO VV CC p. C. 401
CONSS

Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1879 p. 208 (inde Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 122).

8140 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

IN NoMINE ☧ HIM
OPPIO PAVLO · DVL
CISSIMO · FILIO · QVI
VIXIT · AN · V · M · XI · D · II
DEPOS · VIII · IDVS · MAIAS
P B ☧ M P

Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1879 p. 225; I. B. de Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 120.

1 *in nomine Christi Hi(esu)m* explicat Rossius, citans Tropeanam n. 8076. — 5 DIPOS Rispoli.

8141 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

LINEATIHE
PVELLHE *columba cum ramo olivae* ☧
an NVoS SEX
BENEMERENTI

Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 121.

Lapis integer est, deficit adiunctus quo continebantur versuum exordia.

8142 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

LVCE RENOBATVS A

Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 121.

Hexametri exordium.

XXXIV. POMPEII (p. 89).

ad p. 89. Ad celebranda cladis Pompeianae saecularia septima decima quod nuper prodiit volumen *Pompei e la regione sotterrata dal Vesuvio nell' anno LXXIX* (Neapoli 1879 pp. 291 et 243. 4.), in eo Michael Ruggieri (1 p. 5 sq.) diligenter disputavit de litore maris quale fuerit tempore excidii. Eam quaestionem mox retractavit A. Mau *Bull. dell' Inst.* 1880 p. 89 (cf. mus. Rhen. 36 p. 326).

ad p. 90. Ruggierus l. c. (vide ad p. 89) p. 13 seq. quod probatum ivit Pompeios interiisse facta eius autumni vindemia vinoque novello ad fumum exposito, libris Plinianis certe contrarium est, secundum quos non licet pro IX k. Sept. substituere IX k. Dec.

ad p. 94. A me rogatus Augustus Mau, ut in genera lapidum, quibus incisi sunt tituli Pompeiani, diligenter inquireret, misit mihi recensum hunc.

'Ex titulis Pompeianis lapidi molari (*lava*) incisi sunt n. 821. 870. 871. 997. 1007 ('*piedra viva*' Acta). 1015 ('*piedra viva*' Acta).

Lapidi tofaceo incisi sunt n. 787. 868. 956. 973. 993. 998. 1006. 1016. 1041. 1043. 1067. 1069. 1070.

Lapidi Tiburtino qui dicitur (*pietra di Caserta*) n. 788. 790. 791. 793. 800. 811. 812. 819. 829. 831. 844. 852—859. 937. 1008. 1010. 1011. 1018. 1036. 1039. 1057. 1060. 1064.

Marmori n. 789. 792. 794—799. 801—810. 813—817 (817 litteris aeneis). 820. 822—828. 830. 832—843. 845 (litteris aere incrustatis). 846. 847. 849. 850. 851. 860—866. 884—906. 908—926. 929—936. 939—951. 953. 954. 955. 957—972. 974—977. 980. 981. 983—986. 988. 991. 992. 994. 995. 996. 999—1005. 1009. 1012. 1013. 1014. 1017. 1019—1035. 1037. 1038. 1040. 1042. 1044—1056. 1058. 1059. 1061. 1062. 1063. 1066. 1068. 1071. 1072. 1073. 1076—1079.

Aeri n. 818. 867. 869. 927.

Plumbo n. 883.

Opere museo facti sunt n. 848. 872—882.

Ignoratur materia titulorum n. 907. 928. 938. 952. 978/9. 982. 987. 989. 990. 1065. 1074. 1075'.